

31. Salia fixa demum per ignem fiunt ac incineratione: quod patet in carbone qui nisi aperto igne deflagret, Sal fixum haud dabit. Neq; tamen dicendum, Sal nullum in mixtis praeesistere. Etenim ex colliquatione Salium fieri demum fixa suo loco probabitur.

41. Praeter tria in illa separatione mixtorum quartum etiam remanet, & Terra inutilis dicitur. Phlegma autem quod ceu quintum addunt nonnulli, loco Mercurii, ut in sequentibus dicitur, habendum est.

§. 3. Potiori jure tria illa Principiata vocantur constitutiva scil. mixtorum, seminumq; (ut Helmontio audiunt) & hori.

Utimur autem nominibus illis ad distinguendas corporum heterogeneitates. Quod adeoq; flammam concipit Sulphur audit ac censetur in Vegetabilibus & Animalibus Oleosa pars. Observandum vero Spiritus Vegetabilium etiam ardere. Nihil scil. aliud illi sunt quam Olea essentiali suo phlegmate soluta. Rediguntur namq; in Olea, ubi liberi saltem aeri sunt expositi.

Olea porro in Salia convertuntur, adeoq; Spiritus Olea et Salia Volatilia eodem stant loco.

Oleis saltem tantillum seminis Sulphurei

B

Succedit